

MARCO TULLIO CICERÓN - CATÓN EL VIEJO O SOBRE LA VEJEZ

M. TVLLI CICERONIS CATO MAIOR DE SENECTVTE

[1](#) [2](#) [3](#) [4](#) [5](#) [6](#) [7](#) [8](#) [9](#) [10](#) [11](#) [12](#) [13](#) [14](#) [15](#) [16](#) [17](#) [18](#) [19](#) [20](#) [21](#) [22](#) [23](#) [24](#) [25](#) [26](#) [27](#) [28](#) [29](#) [30](#) [31](#) [32](#) [33](#) [34](#) [35](#)
[36](#) [37](#) [38](#) [39](#) [40](#) [41](#) [42](#) [43](#) [44](#) [45](#) [46](#) [47](#) [48](#) [49](#) [50](#) [51](#) [52](#) [53](#) [54](#) [55](#) [56](#) [57](#) [58](#) [59](#) [60](#) [61](#) [62](#) [63](#) [64](#) [65](#) [66](#) [67](#)
[68](#) [69](#) [70](#) [71](#) [72](#) [73](#) [74](#) [75](#) [76](#) [77](#) [78](#) [79](#) [80](#) [81](#) [82](#) [83](#) [84](#) [85](#)

I.1. O Tite, si quid ego adiuero curamve levasso,

Quae nunc te coquit et versat in pectore fixa,
 Ecquid erit praemi?

Licet enim mihi versibus eisdem adfari te, Attice, quibus adfatur Flaminium. Ille vir haud magna cum re, sed plenus fidei; quamquam certo scio non, ut Flaminium,

Sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque; novi enim moderationem animi tui et aequitatem, teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam intellego. Et tamen te suspicor eisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri, quarum consolatio et maior est et in aliud tempus differenda. Nunc autem visum est mihi de senectute aliquid ad te conscribere.

2. Hoc enim onere, quod mihi commune tecum est, aut iam urgentis aut certe adventantis senectutis et te et me etiam ipsum levare volo; etsi te quidem id modice ac sapienter, sicut omnia, et ferre et laturum esse certo scio. Sed mihi, cum de senectute vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non modo omnis absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam et iucundam senectutem. Numquam igitur satis digne laudari philosophia poterit, cui qui pareat, omne tempus aetatis sine molestia possit degere.

3. Sed de ceteris et diximus multa et saepe dicemus; hunc librum ad te de senectute misimus. Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, ut Aristo Cius, (parum enim esset

Tito, si pudiera ayudarte o lograra aliviar algo esa preocupación que te acongoja y que tienes clavada en tu corazón, ¿qué premio me darías?

Permíteme, Ático, dirigirme a ti con las mismas palabras que se dirigió el mensajero de Carozos a Tito Flaminio, aquel ilustre varón no muy acaudalado pero sí muy leal, aunque estoy completamente seguro de que no lo haré como él.

Tito, ¿qué es lo que te preocupa día y noche? Conozco tu moderación y ecuanimidad de ánimo y sé que te trajiste de Atenas tu apelativo de Ático y además tu humanidad y prudencia. Sin embargo, sospecho que te inquietas por los mismos asuntos que yo me preocupo, cuyo consuelo, no debe ser mayor sino que obliga a ser aplazado para otra ocasión. Por eso me parece ahora el mejor momento para dedicarte algún escrito sobre la vejez.

¡En efecto! Deseo que tú y yo mitigemos este peso, común: la inminente llegada de la vejez. Con toda seguridad sé que tú, la vives con dignidad, y eres capaz de afrontar todos los problemas que conlleva. Cuando pienso en escribir sobre la vejez, siempre acudes a mi mente como la persona más digna de este don, del que nos podamos servir cada uno de nosotros. La preparación de este tratado ha sido para mí tal motivo de alegría que, no sólo he ahuyentado todas las molestias propias de la edad, sino que he intentado hacerla más suave y llevadera. La filosofía nunca podrá ser suficientemente alabada por quien reafirme que puede afrontar todas las molestias de la vida sin ningún tipo de adversidad.

Sobre estos asuntos hemos hablado mucho y hablaremos mucho más. Te envío, pues, este pequeño tratado sobre la vejez. Pero este discurso se lo atribuiremos no a Titono, como lo hiciera